



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||**

**Bernoldus <Constantiensis>**

**Antverpiæ, 1565**

20. Repetitio à superioribus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

48 MICROL. DE ECCLES.  
municare non negligant, quicunque ea-  
rundem orationum benedictione fouen-  
desiderant. His ita finitis, subsequitur, Be-  
nedicamus Domino, vel, Ite missa est: si  
tamen aliquod festū fuerit, quod Gloria  
in excelsis habere debuerit. Respondent  
omnes, Deo gratias, iuxta Apostolū, pro  
collatis beneficijs agentes.

*Repetitio à superioribus Missæ.*

C A P. X.

V T autem à superioribus aliquantu-  
lum repetamus, postquam sacerdos resur-  
rectionem Domini per coniunctionem  
corporis & sanguinis Domini denotaue-  
rit, subsequenter etiam pacem populo of-  
ferre debet, sicut & ipse post resurrec-  
tionem discipulis suis pacem obtulit, di-  
cens; Pax vobis. Fractio oblationis illam  
nobis fractionem Panis insinuat, quam 20  
Dominus post resurrectionem suam co-  
ram discipulis fecit. Cōmunicatio popu-  
li, typum illius conuiuij gerit, quod non  
semel Dominus post resurrectionem suā  
cum discipulis iniijsse legitur. Hos etiam 25  
post ultimum conuiuum ab eis discessu-  
rus in cœlum benedixit, sicut & sacer-  
dos

LUC. 41.

dos populum cum oratione post commu  
nionem benedicit, videlicet iam citò di  
scesus ab eo, cui tamen prius ut ipse di  
scedat, per Ite Missa est, denunciat, in fi-  
§ guram Angelorū qui discipulis disceden-  
te Domino ab eis, dixerunt: Viri Galilæi,  
quid statis aspicientes in cælum? & reli-  
qua. Quo auditio discipuli adorantes Do  
minus reuersi sunt in Ierusalem, cū gau  
to dio magno, sicut & populus relata Deo  
gratiarum actione ad propria cum gau  
dio reuertitur.

*De benedictione post Missam.*

C A P. XXI.

15 P R I V S tamen ab episcopo benedici  
tur si adest; sin autem, à presbytero qui  
Missas celebrauit: Quamuis beatus Da  
masius Papa hoc presbyteris non licere di  
20 cat, vbi devana chorepiscoporum super  
stitione tractat, si tamen nos mendositas  
exemplaris non fecellit. Sed magnus Leo  
Papa & Gelasius Papa, eius successores, in  
ecclesiasticis officijs apprimè eruditæ in  
25 decretis suis, vbi diligètissimè quid pres  
byteris liceat, quidue non liceat, descri  
bunt: nullatenus illis benedictionem, ni  
D si Epi-